

F. K.
117.
56.

Honorum Laureatorum
Liberi boni.

II g
204

X1864509

VENERABILES
&
AMPLISSIMOS
MUSARUM PATRONOS

AC
LITERATOS DRESDENSES,

Ut
Cras, DEO dante,

Die 7. Julii Horâ IX. Antemerid.

IN
NOBILISSIMI AC PRUDENTISSIMI
DNI.

GABRIELIS
TZSCHIMMERI,

CONSULIS MERITISSIMI,

Ædibus,

Arcis in plateâ sitis,

TRES DISCIPULOS,

SUA PROGYMNASMATA MEMORITER
RECITANTES,

benevoli audire dignentur.

Debitò modò, moreq; decenti

spem, exoptat, invitat

M. JOHANN-CHRISTIANUS Gnauth/
Rector ad Div. Annæ.



DRESDÆ,

LITERIS VIDUÆ ET HÆRED. MELCHIORIS
BERGENIL





FOVA FIVA!

Parentes sunt digni, quorum di-
laudes fortunas, quibus gnatum præclaro
præditum habere contingit ingenio, è cu-
jus scintillis statim ab incunabulis opti-
ma quæq; augurari possumus. Verè dixit,
qui dixit. Quemadmodum spes messis in
herbescentis est segetis viriditate sita: Aut
veluti flores verni fructuum sunt auctu-
mnalium prodromi: Consimili ratione etiam ex manifestis ede-
cumatæ & indolis & naturæ indicis, nihil humile, nihil tenue,
sed sublime quicquam, atque in arduo positum ominari licet.
Quâ de causâ gratulandum iis est parentibus, gnatum qui præ-
claris animi nacti dotibus sunt ditatum nobilitatumvé: Etenim
qui primoribus saltem labris Curtii historicorum non infimi scri-
pta degustavit polita, haud facile inficias iturus est, Philippum re-
gem Macedoniae gnatum habuisse ingenio non nisi ad summa
natò, qui annorum factus duodecim, rebus bellicis admodum
delectari, & excelsæ indolis manifestissima proferre indicia cœ-
pit. Cumq; ex æqualibus nonnulli ex eò percuntarentur, ad
Olympicum numquid stadium libens decertaret? Libens equi-
dem, inquit, si decertaturos mecum reges sim habiturus. Quin
& ferocientis naturæ Caballum, nomine Bucephalum, mirâ sine
verberibus tractare arte, atque exhaustum cursu, reducere solitus
mansuetiorem est, mitioremq;: manantibus dein gaudiò lacry-
mis complexus Pater descendente, osculoq; capiti impresso,
majus imperium sibi circumspicere jus sit, nec enim Macedoniae
regnum tantam indolem capere. Quam admirandâ laude inge-
nii omnium exactissimi floruerit Themistocles, vel ex eo liquet,
quod ipsius Præceptor de eo fassus sit: Nihil, fili, mediocre eris,
sed omninò vel magnum patriæ lumen, vel magna pestis. Uti
etiam Q. Metellus in illustri versatur encomio, qui quatuor gna-
tos sustulisse fertur honoratissimos, quos ex animi cepit senten-
tiâ, à Musis nempe mansuetioribus non alienos; ita ut eodem
tem-

tempore tres filios Consulares; unum Censorium; duos Trium-
phales, & quartum Prætorium viderit: tres filias nuptui dederit,
earumq; sobolem sinu suo exceperit, & ultimò senectutis spatiò
defunctus, leniq; mortis genere inter oscula & complexus suo-
rum exspiraverit; adeò ut historico exclamandum fuerit: Cœ-
lum contemplare, vix ibi talem statum reperiens.

Imitari ergò hîc debent Parentes naturam benignissimam il-
lam matrem, quæ, vetulis arboribus, amisso omni succo ac vi-
gore, intereuntibus, arbusculas subnascentes producit, quò in ea-
rum subrogentur locum: Sic & Parentibus ex hac vitâ disceden-
tibus, filios educari, necesse est, qui defunctis succedant, atque ita
hæredes haud degeneres post se relinqvant, ne quid decrementi
patiatur societas humana: Et quibus insuper incumbit, ut de
eorum institutione curas gerant maximas. Nam cum ad natu-
ram eximiam atque illustrem accedat ratio quædam, conforma-
tioq; doctrinæ, solet plerumque aliquid præclari inde existere.
Unde quoque Præceptoris est, adolescentes à teneris statim un-
gviculis honestis imbuere disciplinis literisque; secundum illud
PERSII:

*Udum & molle lutum es, nunc, nunc properan-
aus, & acri*

Fingendus sine fine rotâ.

Sicuti enim gypsum aut argilla, dum est uda, in quamvis imagi-
nem facile sequitur fingentis manum: Ita rudes animi, tantum
abest, ut sint indociles, ut ad omne potius disciplinarum genus
capessendum videantur haud inepti. Quod & mearum puto
esse partium, ut hocce temporis tractu iterum meos coram si-
stam discipulos, informatione utentes adhuc meâ, qui mox à
pueris animum ad studia appulere, & suam ita probavere indu-
striam, ut nos omnes singuliq; quibus de illorum constat in-
crementò, largissimam lætandi habeamus materiam. Namque
novimus eorum erga Parentes & Præceptores obedientiam. Quæ
virtus, quanti sit æstimanda, nescit fermè Cordubensis ille Philo-
sophus: Nullâ, inquam, vi verborum, nullâ ingenii facultate
exprimi potest, quantum opus sit, quam laudabile, quamq; nun-
quam à memoriâ hominum exiturum, posse hoc dicere: Pa-
rentibus meis parui, cessi imperio eorum, sive æquum, sive ini-
quum fuit, obsequentem submissumq; me præbui, ad hoc unum
con-

PK Tg 204

contumax fui, ne beneficiis vincerer. Novimus & eorum modestiam, quæ ex pectoribus illorum plenò quasi jubare enitescit, & magnam inter mortales adfert gloriam, dicente Tacito; Quòd modestiæ fama neque summis mortalium spernenda sit, & à Diis æstimetur. Meritò igitur laudandi horum discipulorum sunt Parentes Charissimi, quòd natos probà indole præditos nati sint, è quibus nempe optima quæque ominari possumus.

Quam pietatem tandem, modestiam, & industriam, crastinà luce, si dederit DEUS, ultimò in Actu Progymnasticò, declarent, ostendant, præbeant. Ac quidem

In Descriptione

JOHANNES GODLIEB Zschimmer /
Dresdensis Misnicus, qui scilicet ad vivum exprimat urbem Misniæ primariam, & mercibus studiisq; sapientiæ per orbem ferè notam, LIPSIAM.

Et In Thesi

JOHANNES GODLIEB ADAMI,
Dresdensis Misnicus, verba faciat de Divitiis, quòd illis non competat Summi Boni titulus.

Deniq; in Legislatione

DAVID BRAUERUS, Waldheimensis Misnicus, de pietate erga Parentes, quòd nimirum Liberi aut Parentes alant, aut vinciantur.

Faxit DEUS, qui rectè moderatur sensa Docentum, discen- tumq; mentes incendit, ut hocce in negotio sit felix Eifodus, felicior periodus, felicissima Exodus. Quos nunc auditum omnes adveniant, & si per labores liceat, suà nos honorificà Præsentià dignentur, MUSARUM PATRONOS, REIQ; LITERARIÆ FAUTORES Venerabiles, oramus, rogamus, invitamus. Dabam DRESDE ò Muséo meo Prædic

Non. Julii, Anno recuperatæ gratiæ

M. DC. XC.



K077

no



mnalium pro
 cumatae & in
 sed sublime q
 Quâ de causâ
 claris animi n
 qui primoribu
 pta degustavit
 gem Macedo
 natô, qui ann
 delectari, & e
 pit. Cumq;
 Olympicum
 dem, inquit, si
 & ferocientis r
 verberibus tra
 mansuetiore
 mis complexu
 majus imperiu
 regnum tantu
 nii omnium e
 quod ipsius Pr
 sed omninò v
 etiam Q. Meten
 tus sustulisse fertur honoratissimos, quos ex animi cepit sententiâ, à Musis nempe mansuetioribus non alienos; ita ut eodem



gni, quorum di
 bus gnatum præclaro
 atingit ingenio, è cu
 ab incunabulis opti
 ossumus. Verè dixit,
 odum spes messis in
 is viriditate sita: Aut
 uctuum sunt auctu
 um ex manifestis ede
 humile, nihil tenue,
 ositum ominari licet.
 s, gnatum qui præ
 ilitatumvé: Etenim
 rum non infimi scri
 us est, Philippum re
 nonnisi ad summa
 is bellicis admodum
 proferre indicia cœ
 percuntarentur, ad
 ertaret? Libens equi
 n habiturus. Quin
 cephalum, mirâ sine
 rfu, reducere solitus
 is dein gaudiò lacry
 ôq; capiti impresso,
 ec enim Macedonia
 mirandâ laude inge
 cles, vel ex eo liqvet,
 t, fili, mediocre eris,
 magna pestis. Uti
 tem-

